S. des I. Theils 2. Cap. des III. Buches, 3. Cap. 4. Abſchn. No. 3. Des II. Theils 16. Samml. No. 2.

TAB. XX.

J. M. Seligmann excud. Norimbergæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0069-2



J. M. Schumann excud. Norimbergæ.

TABVLA VIGESIMA PRIMA

Monstrat caput *Foetus* eadem ratione, ac praecedenti in Tabula, collocatum, quum vero multo sit majus, adeo dolorum vi est compressum, vt longiorem habeat formam, in *Vertice* vero, ob diuturniorem in *Pelui* moram tumorem contraxerit. Vbi Foetus neque dolorum vi excutitur, neque in pedes conuersus, his apprehensis comode educi potest; caput forcipe, ea ratione quam icon indicat, comprehendendum, ipsaque forceps altius dimittenda est. Quodsi tamen id ipsum, ob periculum ne *Perinaeum* atque *intestinum rectum* foeminae dilacerentur, fieri nequeat; sinciput ita conuertendum est, vt *Os sacrum* spectet. Hoc vt magis commode peragatur, chirurgus vtraque manu forcipis manubria fortius comprehendere ipsumque caput, quantum quidem fieri potest, sursum repellere debet, quo sinciput in alterutrum conuertatur latus, atque adeo caput justum redigatur in situm, tum vero, vt XVI. in Tabula, educi poterit.

Vid. Vol. I. Lib. III. Cap. 3. Sect. 4. No. 2. Vol. II. Collect. 28; quod vero ad ipsam attinet partium descriptionem, praecedentem Tabulam; attamen quae sequuntur sunt addenda:

K Tumor *Verticis*. Sic ponere quoque possumus, eandem capitis compressionem diductionemque nec non *Verticis* tumorem, illis in casibus, quos Tabulae XVI. XVII. XVIII. atque XIX. sistunt, aeque ac in nostro, vario oriri posse modo, atque tunc vel capitis magnitudo, vel *Peluis* angustia rem reddet difficultatis plenam.

Vid. Tabb. XXVII. & XXVIII.

L *Forceps*. Potest interdum sinciput ope digitorum, vel lamina forcipis apte conuerti. Adhiberi potest forceps recta aeque ac incurua, si vnius vel vtriusque laminae requiratur vsus.

M *Vesica*, ob *Vrethram* a capite foetus diutius compressam, multa distenta *Vrina*, id quod nos docet, in ejusmodi casibus, ante vsum forcipis, vel illis in casibus praeter naturam contingentibus, vbi foetus pedibus est extrahendus, *Vrinam* cathetere esse ante omnia euocandam.

N inferior *Vteri* pars.
OO *Os Vteri*.

Die

Ein und zwanzigste Tafel

Zeiget des Kindes Kopf in der nämlichen Lage, so er in der vorigen gehabt; weil er aber viel grösser ist, haben ihn die Wehen so zusammen gedrucket, daß er eine länglichte Form bekommen und am Wirbel eine Geschwulst hat, indem er lange im Becken gepreßt gewesen. Wenn das Kind durch die Wehen nicht heraus getrieben, oder gewendet und bey den Füssen heraus gezogen werden kan; muß man den Kopf, auf die in der Figur angezeigte Weise, mit der Zange ergreiffen, und solche eben so weit hinein bringen; kan dieses aber, ohne Furcht, es mögte die Gefäßnath nebst der Scheide und dem Mastdarm der Frauen zerrissen werden, nicht geschehen; so muß man das Vorderhaupt nach dem Heiligen Beinwenden. Um dieses nun so viel besser zu bewerkstelligen, soll der Operateur mit beeden Händen die Handhaben der Zange vest ergreiffen, zugleich aber den Kopf, so hoch er kan, hinauftreiben, um das Vorderhaupt nach einer Seite zu bringen, da er denn seine natürliche Lage bekommet; hierauf kan der Kopf, wie in der XVI. Tafel, heraus gezogen werden ꝛc.

S. im I. Theil des III. B. 3. Cap. 4. Abschn. No. 2. und im II. Theil die 28. Samml., wie auch in Ansehung der Beschreibung der Theile die vorhergehende Tafel; doch ist noch folgendes hinzu zu setzen:

K Die Geschwulst am Wirbel. So können wir auch annehmen, daß sich die nämliche Zusammenpressung und Verlängerung des Kopfes, so wie die Geschwulst des Wirbels, in den durch die XVI. XVII. XVIII. und XIX. Tafel, vorgestellten Fällen, so wohl als in gegenwärtigem, mehr oder weniger ereignen, da denn die Schwierigkeit von der Grösse des Kopfes oder der Engigkeit des Beckens entstehet.

S. die XXVII. und XXVIII. Tafel.

L Die Zange. Manchesmal kan das Vorderhaupt, mit Hülffe der Finger oder eines Blattes der Zange, in seine natürliche Lage gebracht werden. Man kan sich so wohl der geraden als krummen Zange bedienen, wenn man eines oder beede Blätter derselben brauchen mus.

M Die Harnblase welche, weil des Kindes Kopf so lange auf die Harnröhre gedrucket hat, von einer grossen Menge Harns sehr ausgedehnet ist; dieses aber lehret uns, daß man in dergleichen ausserordentlichen Fällen, vor dem Gebrauch der Zange, oder in widernatürlichen Fällen, wenn man das Kind bey den Füssen heraus ziehet, den Harn vermittelst eines Catheters ablassen soll.

N Der untere Theil der Mutter.
OO Der Muttermund.

TABVLA VIGESIMA SECVNDA

Anteriorem partium exhibet faciem nec non sinciput *Foetus*, ad marginem *Peluis* ita collocatum, vt vnum latus facies ipsius, alterum *Fontanella* spectet; nates vero pedesque Vteri *tangunt* Fundum.

AA Superior *Ossium Ilium* pars.
B *Anus.*
C *Perinaeum.*
D *Os externum*, crassior posteriorque pars, ante illud sita, a capite foetus extenditur.

EEE *Vagina.*
F *Os Vteri* nondum prorsus dilatatum.
GGG *Vterus.*
H *Membrana adiposa.*

Nisi facies propellatur, prodit interdum caput hac ratione, atque tunc complanatur *Vertex*, sinciput vero in conicam redigitur formam. Vbi tum caput inferiorem *Peluis* ingreditur partem, facies vel *Occiput* ea conuertitur ratione, vt latus derelinquens sub *Pube* prodeat. Si vero caput ob magnitudinem vrgentibus doloribus propelli, peruersusue situs corrigi nequit, foetus, si fieri possit, pedibus apprehensis, vel injecta forcipe est educendus.

Vid. Vol. I. Lib. III. Cap. 2. Sect. 3. Cap. 3. Sect. 4. No. 3. Vol. II. Coll. 16. No. 4. Coll. 28.

Die

Zwey und zwanzigste Tafel

Zeiget unter einer Vorstellung der Theile von vornen, wie das Vorderhaupt des Kindes am Rand des Beckens stehe, so, daß sein Gesichte nach der einen, und das Blat nach der andern Seite gekehret ist, die Füsse nebst den Hintern aber am Grund der Mutter liegen.

AA Der obere Theil der Darmbeine.
B Der After.
C Die Gesäsnath.
D Der äussere Muttermund, und die Dicke des vor ihm stehenden hintern Theiles wird von dem Kopf des Kindes ausgedehnet.
EEE Die Mutterscheide.
F Der noch nicht völlig geöffnete Muttermund.
GGG Die Mutter.
H Die Fetthaut.

Wenn das Gesicht nicht eindringet, so kommt der Kopf manchmalen so, da denn in diesem Fall der Wirbel platt gedrucket wird, und das Vorderhaupt eine länglichtrunde Form bekommet; tritt hernach der Kopf in den untern Theil des Beckens ein, so wendet sich das Gesichte oder das Hinterhaupt von der Seite ab, und kommt unter der Scham hervor. Ist aber der Kopf so gros, daß er durch die Wehen nicht heraus getrieben werden kan, oder läst sich die üble Lage nicht verändern, so mus man das Kind, wo möglich, bey den Füssen, oder mit der Zange heraus ziehen.

S. im I. Theil des III. B. 2. Cap. im 3. Abschn. Des 3. Cap. 4. Abschn. No. 3. und des II. Theils 16. Samml. No. 4. nebst der 28. Samml.

TAB. XXII.



I.M. Seligmann. excud. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0076-7



J. M. Schymann excud. Norimbergæ

TABVLA VIGESIMA TERTIA

Lateralem *Foetus*, facie prodeuntis, sistit imaginem, qua ille jam in inferiorem *Peluis* partem ingressus est, ita vt mentum ipsius sub *Ossibus Pubis*, *Vertex* vero in cauo *Ossis sacri* posita sint; quia vero aquae jam effluxere, *Vterus* contractus ipsum arctius cingit Foetum, cujus collum *Vmbilicus* semel ambit.

AB *Vertebrae* Lumborum, *Os sacrum*, *Os coccygis*.

C *Os pubis* sinistrum.
D Inferior *Intestini recti* pars.
E *Perinaeum*.
F *Labium* sinistrum.
GGG *Vterus*.

Vbi ampla est *Peluis*, paruum vero caput, Foetus, hoc non obstante situ, saluus excidere potest: quodsi enim caput vlterius descendat, a facie nec non sincipite partes *Fraenum labiorum* inter *Coccygemque* sitae adeo extenduntur, vt tumorem formen. Dilatato tum similiter *externo Vteri Ore*, prodit facies; ascendit inferior menti pars supra anteriorem *Ossium Pubis* partem; sinciput vero, vertex atque occiput transeunt partes sibi suppositas. Sed si nimia capitis fuerit magnitudo, firmius impactum haerebit, siue altius illud, siue ratione hic depicta, sit collocatum. Vbi, rebus sic stantibus, situs mutari nequit, infans in pedes est couertendus extrahendusque. Si tamen *Peluis* angustior fuerit, omnis vero humor nondum effluxerit, infans ita est dirigendus vt *Vertice* prodeat; quod, si ob Vterum arctius contractum fortiusque prementem, nec non propter lubricitatem capitis fieri nequeat, id, quod sequens docet Tabula, erit agendum.

Die

Drey und zwanzigste Tafel

Zeiget das mit dem Gesicht hervorkommende Kind von der Seite, wie es mit solchem bereits in den untern Theil des Beckens eingetretten, da denn das Kinn unter den Schambeinen, der Wirbel aber in der Höle des Heiligen Beines stehet, und weil die Wasser bereits ausgelauffen, ist die Mutter dichte um das Kind zusammen gezogen, um dessen Hals die Nabelschnur einmal herum gewickelt ist.

AB Die Wirbelbeiner der Lenden, das Heilige Bein, und das Schwanzbein.
C Das Schambein der linken Seit.
D Der untere Theil des Mastdarms.
E Die Gesäsnath.
F Die linke Schamlippe.
GGG Die Mutter.

Ist das Becken gros und der Kopf klein, so kan er in dieser Lage kommen, und das Kind bey Leben bleiben: denn tritt der Kopf weiter herab, so dehnet das Gesicht nebst dem Vorderhaupt die zwischen dem Lippenband und dem Schwanzbein liegende Theile so stark aus, daß sie eine Geschwulst vorstellen. Wenn nun der äussere Muttermund ebenfals erweitert wird, so dringt das Gesichte hindurch, der untere Theil des Kinnes begiebt sich über den vordern Theil der Schambeine hinauf; das Vorderhaupt aber, der Wirbel und das Hinterhaupt glitschen über die unter ihnen liegende Theile hinweg. Wäre aber der Kopf gros, so bleibet er stecken, er mag nun höher stehen, oder gegenwärtige Lage haben. Kan aber in diesem Fall die Lage nicht verändert und natürlich gemachet werden: so mus man das Kind wenden und mit den Füssen herausziehen. Doch wenn das Becken enge ist, und die Wasser nicht alle ausgeloffen sind, soll man, wo möglich, den Scheitel hervor zu bringen suchen; ist aber die Mutter so zusammen gezogen, daß man dieses nicht bewerkstelligen kan, weil sie zu stark drucket und des Kindes Kopf zu schlüpferich ist, so ist, nach der, bey folgender Tafel, angezeigten Weise, zu verfahren.

TABVLA VIGESIMA QVARTA

Repraesentat *Foetus* caput a latere, eadem ratione ac in praecedenti Tabula collocatum; ponimus tamen hic, ob capitis magnitudinem angustiamue *Peluis*, difficilem reddi partum.

Vbi hoc in casu caput sursum inque *Vterum* retro repelli nequit, ad seruandum infantem, forcipe est extrahendum. Si mentum, ratione hic depicta, prope *Ossa Pubis* situm sit, nihil prorsus erit timendum, vbi infans facie prodit: facile namque caput forcipe extrahi potest; ipsa vero in Tabula, ratio qua forceps sit injicienda indicatur. Oportet autem praegnantem resupinam transuerso lecto collocare, ab vtroque vero latere assistere aliquis debet, qui femur crusque contineat. Dilatatis tunc Chirurgi manu sensim sensimque partibus, demissaque ac ad aures injecta forcipe, ea ratione, lente tamen, extrahitur caput, vt *Ori externo* subjectae partes paullatim extendantur; tunc tentanda est menti supra *Os pubis* extractio, ita vt simul sinciput, *Fontanella* atque *Occiput* a *Perinaeo* atque *Ano*, absque harum partium laesione dilacerationeue, deducantur. Quodsi vero *Foetus* neque conuerti, neque forcipe extrahi possit, expectandum est, nisi id parturienti imminens periculum prohibeat, donec dolorum vi partus excutiatur; instante vero periculo, incurvis vncis caput est educendum. *Vid.* Tab. XXXIX.

Si infans facie prodeat mentumque ad latus *Peluis* haereat, parturiens in latus incumbat necesse est; injecta tunc ad aures forcipe, mentum ad inferiorem coxae partem, vt sub pube prodeat, est adducendum, conuertendum, atque ratione superius indicata, paullatim educendum.

V. Vol. II. Coll. 16. No. 6. quod vero ad explicationem attinet, conferendae sunt Tabb. XVI. XVII. XVIII. XIX.

Die Vier und zwanzigste Tafel

Stellet den Kopf des Kindes von der Seite und in eben der Lage vor, welche solcher in voriger Tafel gehabt; hier aber wird angenommen, es gehe wegen der Grösse des Kopfes, oder wegen der Engichkeit des Beckens schwer mit der Geburt her.

Wenn in diesem Fall der Kopf nicht gehoben und in die Mutter zurück getrieben werden kan, so mus solcher, um das Kind zu erhalten, mit der Zange heraus gezogen werden. Hat das Kinn in Ansehung der Schambeine eine Lage wie hier, wenn das Kind mit dem Gesicht kommet, so ist solches einer der sichersten Fälle, weil man ihn leicht mit der Zange herausziehen kan, und in der Tafel ist die Art und Weise wie solche anzulegen seye, angezeiget. Die Gebährende mus auf dem Rücken und mit dem Hintern etwas erhaben auf dem Bette liegen, wobey zu jeder Seite jemand sitzen und den Schenkel nebst dem Fus halten soll. Wenn nun die Theile mit der Hand des Operateurs nach und nach erweitert worden, und selbiger die Zange hinein gebracht, und gehörig längst den Ohren des Kindes angeleget hat, so ziehet man den Kopf nach und nach so heraus, daß sich die unter dem äusseren Muttermund befindlichen Theile, allgemach ausdehnen; hernach mus man das Kinn über das Schambein hervorzubringen suchen, da denn zugleich das Vorderhaupt mit dem Blat und dem Hinterhaupt von der Gesäsnath und dem After vorsichtig hervorgezogen werden, ohne diese Theile zu verletzen oder zu zerreissen. Kan aber das Kind weder gewendet, oder mit der Zange herausgezogen werden, mus die Vollendung der Geburt, so lange die Gebährende nicht in Gefahr ist, den Wehen überlassen werden; wäre aber Gefahr zu befürchten, mus man den Kopf mit den krummen Hacken herausziehen. S. die XXXIX. Tafel.

Wenn das Kind mit dem Gesichte kommet, und das Kinn an der Seite des Beckens stehet, mus die Gebährende auf der Seite liegen, und wenn die Zange an den Ohren angeleget worden, mus man das Kinn biß an den untern Theil des Hüftbeines herabbringen, unter dem Schambein heraus wenden, und, wie oben, gemach heraus ziehen.

S. des II. Theils 16. Samml. No. 6. wie auch in Ansehung der Beschreibung die XVI. XVII. XVIII. und XIX. Tafel.



J. M. Seligmann grad. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0082-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0083-6

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0084-1

TABVLA VIGESIMA QVINTA

Repraesentat a latere dextro, faciem *Foetus*, vt XXIII. in Tabula, sed inuersa prorsus ratione: h. e. mentum *Os* spectat *Sacrum*, *Bregma* vero *Pubem*; aquae effluxere, atque hinc *Vterus est contractus.*

A *Os externum* nondum dilatatum

B *Anus.* Reliquarum partium explicationem videsis Tabula XX.

In ejus modi casibus, aeque ac in illo, quem modo adducta exhibet Tabula, si paruus fuerit foetus, inferiora magis versus per partus dolores propellitur caput, inferior vero *Vaginae* pars cum externis partibus, sensim sensimque diducitur, atque hinc *externum Os* magis etiam magisque dilatatur, donec *Vertex* sub *Pube* prodeat exterioraque versus emergat, tunc vero partus negotium simili prorsus absoluitur ratione, ac naturaliter fieri sueuit. Sin caput grande fuerit, difficulter admodum res procedit; hinc vero cerebrum collique vasa adeo comprimuntur obstruunturque, vt infans pereat. Hoc vt praecaueatur, medicus, si tempestiue vocetur, antequam ipsum caput profundius in *Peluim* fuerit adactum, infantem in pedes conuersum extrahere debet. Quod si vero caput nimium descenderit, neque conuersio fieri possit, forceps est adhibenda, ita vt caput, ea ratione qua proditurum est, vel vt sequens monstrat Tabula, educatur. Conferri possunt loca in praecedentis Tabulae explicatione citata.

Die

Fünf und zwanzigste Tafel

Zeiget von der rechten Seite her, des Kindes Gesicht, wie in der XXIII. Tafel, aber in einer ganz andern Lage: denn es stehet mit dem Kinn am heiligen Bein, und mit der Scheitel am Schambein; die Wasser sind ausgeloffen, und die Bärmutter ist zusammen gezogen.

A Der äusser Muttermund, so sich noch nicht zu öffnen angefangen.

B Der After. Die fernere Beschreibung der Theile kan in der XX. Tafel nachgesehen werden.

Wann das Kind klein ist, so wird in diesen Fällen so wohl, als in dem, welchen die erst angeführte Tafel vorstellet, der Kopf durch die Wehen nach unten getrieben, und also der untere Theil der Mutterscheide, nebst den äussern Theilen ausgedehnet; eben dadurch aber wird auch der äussere Muttermund mehr und mehr erweitert, bis die Scheitel unter dem Schambein hervorkommet, und sich nach aussen in die Höhe begiebt; in diesem Fall aber gehet es mit der Geburt eben so her, wie wenn solche vermittelst der natürlichen Wehen geschiehet. Ist aber der Kopf gros, so hat es mit seinem Fortgang viele Schwierigkeit, eben daher aber wird das Hirn und die Gefässe am Hals so gedrücket und verstopfet, daß das Kind darauf gehet. Um diesem vorzukommen, mus das Kind, wenn man zu rechter Zeit gerussen wird, ehe der Kopf noch in das Becken weit eingetretten, gewendet, und mit den Füssen heraus gezogen werden. Ist aber der Kopf bereits weit herunter gerucket, und kan selbiger nicht zurück gebracht werden; so mus man, vermittelst der Zange, die Geburt befördern, und den Kopf entweder so, wie er sich darstellet, oder so, wie in der folgenden Tafel, herausziehen. Hier können die in der vorigen Tafel angeführten Stellen nachgesehen werden.

TABVLA VIGESIMA SEXTA

Sistit, a latere sinistro parturientis, delineationem *Foetus*, eodem in situ, ac praecedenti in Tabula.

Caput hic fortiori compressione oblongum redditum, eo vsque, inferiora versus, est adactum, vt *os externum* omnimode sit dilatatum; *Vertex* tamen *Occiputque* non eo adduci possunt, vt infra *Pubem* prodeant, ceu praecedenti in Tabula, absque *Perinaei*, *Ani*, *Vaginae*, *Rectique* dilaceratione.

Optimum ergo est, hoc in casu, si injecta prope aures breuiore vel longiore incuruaque forcipe, quemadmodum ipsa id monstrat Tabula, caput quantum fieri potest, sursum in *Peluim* repellatur, tum vero mentum ab *Osse sacro*, alterutrum *Os Ischium* versus, est conuertendum, atque dein ad inferiorem partem modo dicti ossis attrahendum. Hoc facto trahere chirurgus debet altera manu forcipem, alterius vero manus binos digitos inferiori parti menti, vel inferiori maxillae injicere, quo facies in medio retineatur, impediaturque ne mento, dum educitur, *Os Ischium* remoram faciat, hac vero ratione conuertitur, forcipis binorumque digitorum ope, mentum, donec sub *Pube* educatur; tum vero caput non difficulter, vt XXIV. in Tabula, extrahitur.

Si, antequam auxilium petatur, caput adeo in *Peluim* fuerit adactum, vt mentum ab *Osse sacro*, *Os Ischium* versus, nullo modo moueri, opeque forcipis partus, ad seruandum foetum, juuari queat, patienter expectandum est, nisi foemina in periculo versetur, vel *Foetum* emortum esse compertum sit. Si vero parturienti minimum immineat periculum, caput injecto educendum est vnco.

Quod ad situm foeminae, vbi forcipis vsus exigitur, in genere attinet; si aures ad latera *Pelvis* spectant, facile demittitur forceps, vt Tab. XXIV. dictum fuit, si resupina mulier transuerso lecto sic collocetur, vt natibus spondae innitatur; sin auris *Pubem* vel *Inguen* spectat, magis commode dimittitur, si mulier lateri incumbat, vt dictum fuit, illis de casibus, vbi infans *Vertice* prodit.

Partium explicationem vid. Tab. XXIV. Conferri etiam possunt loca ibidem citata, nec non, quod rationem vncum adhibendi attinet, Tab. XXXIX.

Die Sechs und zwanzigste Tafel

Stellet, von der linken Seite der Frauen her, das Kind in eben der Lage, wie in der vorigen Tafel, im Umris vor.

Der Kopf ist hier länglicht zusammen gedruckt, zugleich aber so weit herunter getrieben, daß davon der äussere Muttermund erweitert worden; unterdessen aber kan der Scheitel und das Hinterhaupt nicht so weit herabgebracht werden, daß sie unter dem Schambein, wie in der vorigen Tafel, hervor kämen, ohne daß dadurch die Gesäsnath und der After, so wohl als die Mutterscheide nebst dem Mastdarm, keine Gefahr lauffen sollten zerrissen zu werden.

In diesem Fall ist es am besten, daß der Kopf, nachdem entweder die kurze, oder die lange, krumme Zange, längst den Ohren angeleget worden, so hoch als möglich in das Becken zurückgetrieben werde, hernach mus das Kinn vom heiligen Bein hinweg, nach einem der Hüftbeine gewendet, und hierauf an den untern Theil des erstgemelden Beines gebracht werden. Ist nun dieses geschehen, so mus der Operateur mit der einen Hand an der Zange ziehen, zwey Finger aber von der andern an das Kinn oder den untern Kiefer vest anlegen, um das Gesicht in der Mitte zu erhalten, und zu verhindern, daß das Kinn nicht an dem Hüftbein sitzen bleibe, wenn es herunter kommet, und auf diese Weise wendet er das Kinn vermittelst der Zange und der Finger herum, biß er solches unter das Schambein herabbringet, worauf der Kopf leichtlich, wie in der XXIV. Tafel herausgezogen werden kan.

Wenn der Kopf, ehe und bevor man Hülfe gesuchet hat, bereits in das Becken so eingezwenget worden, daß es unmöglich ist das Kinn vom heiligen Bein hinweg und an eines der Hüftbeine zu bringen, und vermittelst der Zange die Geburt, zur Sicherheit des Kindes, zu befördern: so mus der Operateur so lange in Gedult stehen, als die Frau noch nicht in Gefahr ist, oder man von dem Tod des Kindes noch nicht gewis seyn kan; ist aber in Ansehung der Gebährenden die äusserste Gefahr da, so mus man den Kopf mit dem Hacken herausziehen.

In Ansehung der Lage der Frauen, hat man man bey Anlegung der Zange überhaupts zu beobachten, daß, wenn die Ohren nach den Seiten des Beckens stehen, die Zange am leichtesten hinein zu bringen seye, wenn die Gebährende auf dem Rücken, und mit dem Hintern, an der Seite des Bettes lieget, wie bey der XXIV. Tafel angemerket worden; stehet aber ein Ohr am Schambein, so ist es besser, die Gebährende liege auf der Seite, wie wir in Ansehung derjenigen Fälle, wenn der Kopf mit dem Scheitel kommet, bereits gemeldet haben.

Die Beschreibung der Theile, und die hier anzuführende Stellen, können bey der XXIV. Tafel nachgesehen werden; und wie man sich des Hackens bediene, zeiget die XXXIX. Tafel.

TAB. XXVI.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0087-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0089-3

TAB. XXVII.

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0090-9

TAVBLA VIGESIMA SEPTIMA

Peluim sistit in longitudinem dissectam, a facie interna, nec non caput *Foetus* septimestris per eandem transiens. *Vid.* explicatio Tab. III.

ABC *Os sacrum* et *Coccygis.*

D *Os Pubis* sinistri lateris.
E *Tuber Ossis Ischii.*

Non absque multo labore, caput *Foetus*, paruum licet, adactum est in *Peluim*, formaque ipsius, antequam vlterius progredi potuit, ex rotunda in oblongam mutata, quum projectio superioris partis *Ossis sacri* ab *Ossibus Pubis*, duos tantum pollices, quartamque pollicis distet partem. Si caput citius prodeat, viuus etiam nascetur infans; sin per plures ita haereat horas, periculum est, ne ob diuturniorem cerebri compressionem, emoriatur. Hoc tamen vt praecaueatur, si partus dolores minus vrgeant, forcipe, vt in Tabula XVI. monstrauimus, educendum est caput.

Sistit icon haec *pessime conformatam Peluim*; hanc vero inter Peluimque bene conformatam, plures malae conformationis dantur varietates, atque proin major etiam vel minor pariendi erit difficultas, quae etiam nasci potest, si *Peluim* inter caputque *Foetus* minus congrua fuerit proportio; his singulis vero in casibus, summa adhibenda est, vt mater aeque ac foetus conseruetur, prudentia.

Vid. Vol. I. Lib. III. Sect. 3. No. 5. Cap. 3. Sect. 4. No. 3. Vol. II. Coll. 21. No. 1. et Coll. 29.

Die

Sieben und zwanzigste Tafel

Stellet ein unförmliches Becken, welches nach der Länge von einander geschnitten worden, von der Seite von innen vor; und wie der Kopf eines siebenmonatlichen Kindes durch solches durchgehe. Hier kan auch die Erklärung der III. Tafel nachgesehen werden.

ABC Das heilige Bein und das Schwanzbein.
D Das Schambein der linken Seite.
E Die Erhöhung des Hüfftbeines, der nämlichen Seite.

Der hier zwar kleine Kopf des Kindes, ist nicht ohne viele Arbeit in das Becken gepresset, und seine runde Form in eine länglichte verändert worden, ehe er durchkommen können, indem zwischen dem vorwärts stehenden obern Theil des heiligen Beines und den Schambeinen, nur ein Raum von zwey und einem Viertels Zoll ist. Kommt der Kopf bald hervor, so kan das Kind lebendig gebohren werden; bleibet er aber etliche Stunden stecken, so lauffet es Gefahr das Leben zu verliehren, weil das Hirn so lange gedruckt wird. Diesem nun bey ermanglenden künfftigen Wehen vorzukommen, kan man dem Kopf vermittelst der Zange heraus helffen, wie in der XVI. Tafel gezeiget worden.

Diese Figur kan zum Muster dienen, wie ein höchst unförmliches Becken aussehe; doch kan die Unförmlichkeit, zwischen diesem Grad derselben und einem wohlgestalten Becken, gar verschieden seyn, und nach selbiger, kan es auch mit der Geburt schwerer oder leichter hergehen, so wie es auch zu geschehen pfleget, wenn das Becken und der Kopf des Kindes die gehörige Proportion nicht haben; in allen diesen Fällen wird, so wohl um der Mutter als des Kindes Sicherheit und Erhaltung willen, die höchste Vorsicht erfordert.

S. im I. Theil des III. Buches 2. Cap. 3. Abschnitt No. 5. Cap. 3. im 4. Abschnitt No. 3. Des II. Theils 21. Samml. No. 1. wie auch die 29. Sammlung.

TABVLA VIGESIMA OCTAVA

A latere, vt praecedenti in Tabula, *Peluim* repraesentat male conformatam, caputque perfecti *Foetus* in marginem *Peluis* compulsum, ita, vt alterum *Os parietale* alteri sit superimpositum, ipsa vero conicam in formam sint compressa.

ABC *Os sacrum* nec non *Os Coccygis*.

D *Os Pubis* sinistri lateris.
E *Tuber Ossis Ischii.*
F Ipsius *Processus acutus.*
G *Foramen magnum.*

Monstrat haec Tabula, *Foetum*, ejusmodi in casu, nulla alia posse conseruari ratione, nisi *Sectione Caesarea*, quae tamen ipsa nunquam est adhibenda, nisi, alia ratione eundem educere, impossibile fuerit. Quodsi etiam, hoc in casu, capitis magnitudo imminuatur, ossaque extrahantur, vt tamen ossa faciei craniique basis, nec non ipsum *Foetus* corpus educantur, summa vi niti opportet.

Vide Vol. I. Lib. III. Cap. 3. Sect. 7. Cap. 5. Sect. 3. nec non Vol. III. Coll. 31. 39.

Die Acht und zwanzigste Tafel

Zeiget, wie vorige, ein ungestaltes Becken von der Seite, und den in den Rand des Beckens eingepreßten Kopf eines ausgewachsenen Kindes, an welchem die Seitenbeine über einander geschoben und kegelförmig zusammen gedrücket sind.

ABC Das heilige Bein nebst dem Schwanzbein.
D Das Schambein der linken Seite.
E Die Erhöhung des Hüftbeines.
F Der stachlichte Fortsatz.
G Das grosse Loch.

Es zeiget diese Tafel daß es unmöglich seye, das Kind in diesem Fall zu erhalten, als blos durch den Kaiserschnitt, welchen man aber niemalen vornehmen soll, als nur da, wenn kein anderes Mittel mehr übrig ist. Wenn auch in diesem Fall die Grösse des Kopfes vermindert und die Beine heraus genommen worden, so nus man doch die gröste Gewalt anwenden, um die Beine des Gesichtes und den Grundtheil des Hirnschedels, wie auch den Körper des Kindes heraus zu bringen.

S. im I. Theil des III. B. 3. Cap. im 7. Absch. Des 5. Cap. 3. Abschn. und des III. Theils 31, 39. Samml.

TAB. XXVIII.



J. M. Seligmann. excud. Norimbergae

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0095-7



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0096-3

TABVLA VIGESIMA NONA

In *Pelui* ab anteriore parte, vt Tabula XXII, repraesentata, sistit *Foetum* natibus emersurum *Osque internum* dilatantem, ipsis *Membranis* jam ruptis. Spectant partes anteriores infantis, posteriorem *Vteri* partem; *Vmbilicus* vero, nodum monstrans, collum, brachium ipsumque cingit corpus.

NB. Hoc in casu, infans, nisi grandior fuerit, *Peluis* vero angustior, saepius viuus ope dolorum excutitur; quodsi autem in inferiore *Peluis* parte diutius remoretur, motus sanguinis, ob diuturniorem *Vmbilici* compressionem, sistitur. In plurimis illis casibus, vbi nates emergunt, videndum quid dolores valeant expectandumque, donec *Os internum* atque *Vagina* sufficienter dilatentur, nisi jam antea ab *Aquis* atque *Membranis* fuerint adaperta. Eodem illo tempore, quo nates descendunt, *Os externum*, vrgentibus doloribus, leuiter semper est dilatandum, quo vnus alterque vtriusque manus digitus inseri inguinibusque *Foetus* injici, atque dein ipse, vbi nates in inferiorem *Vaginae* partem descenderunt, extrahi queat. Sin *Foetus* justo fuerit grandior, *Peluisue* angustior, longumque post tempus, iteratis etiam doloribus, nates in *Peluim* minus compellantur, parturientem insuper vires deficiant; sensim sensimque dilatare partes chirurgus, postea vero quam manum in *Vaginam* demisit, *Foetus* clunes retro repellere, hisque peractis, crura pedesque extrahere debet. Si *Vterus* adeo est constrictus, vt crura reperiri nequeant, adhibendus obtusus vncus ejusque extrema major pars, ceu Tabula XXXVII. docet, est demittenda. Eductis natibus pedibusque, protinus etiam reliquum corpus cum capite, ratione sequenti in Tabula indicanda, est extrahendum; non tamen, hoc nostro in casu, infantis corpus est conuertendum.

Vid. Vol. I. Lib. III. C. 4. Sect. 1. 2. Vol. III. Coll. 32.

Tabulae XXII. explicatio adhiberi etiam potest ad partes in hac atque sequenti Tabula noscendas, hic tamen *Ossium pubis* sedes, *Ossiumque Ischiorum* pars anterior, quae ossa ablata sunt, punctis indicantur, id quod notandum etiam est ratione reliquarum Tabularum quae *Peluim* ab anteriore parte repraesentant, in quibus id ipsum absque Tabularum deformatione fieri nequiuit.

Die

Neun und zwanzigste Tafel

Zeiget das Becken von vornen, wie in der XXII. Tafel. Das Kind kommt hier mit dem Hintern, und erweitert mit selbigem,

weil die Häute zu bald gebrochen sind, den innern Muttermund. Die vordern Theile des Kindes sind gegen den hintern Theil der Gebärmutter gekehret, und die Nabelschnur, woran ein Knoten ist, umgiebt den Hals, den Arm und den Leib.

NB. Wenn in diesem Fall das Kind nicht gar zu gros, oder das Becken zu enge ist, so kan es öfters durch Hülffe der Wehen gebohren werden; bleibt es aber lange im untern Theil des Beckens stecken, so kan durch das lange Drucken der Nabelschnur der Kreislauf des Blutes gehemmet werden. In den meisten Fällen, da das Kind mit dem Hintern kommet, soll man die Wirkung der Wehen abwarten, bis endlich durch selbige der innere Muttermund und die Mutterscheide völlig erweitert worden, wenn solche nicht vorher bereits das Wasser und die Häute ausgedehnet haben. Während Zeit da der Hintere heraurucket, kan, bey jeder Wehe, der äussere Muttermund gelinde erweitert werden, damit man Plaz bekommen möge, von jeder Hand einen oder zwey Finger, von aussen in die Weichen des Kindes zu bringen, um dadurch, wenn der Hintere in dem untern Theil der Scheide eingerucket, die Geburt zu befördern. Ist aber das Kind wiedernatürlich gros, oder das Becken enge, und der Hintere wird nach langer Zeit und nach öfteren Wehen nicht in das Becken getrieben, und nehmen zugleich die Kräffte der Gebährenden ab; so mus der Operateur die Theile nach und nach öffnen, und wenn er seine Hand in die Mutterscheide gebracht, den Hintern des Kindes in die Höhe treiben und die Füsse nebst den Schenkeln heraus zu bringen suchen. Ist die Mutter so stark zusammen gezogen, daß man die Füsse nicht gewinnen kan, so mus man das grössere Ende des stumpfen Hackens, wie in der XXXVII. Tafel gezeiget wird, hinein zu bringen suchen. So bald der Hintere oder die Beine herab gebracht worden, kan der Körper und der Kopf, wie in der folgenden Tafel gezeiget wird, heraus gezogen werden; nur ist hier nicht nöthig die Lage des Körpers vom Kind zu verändern.

S. des I. Theils III. B. 4. C. und desselben 1. und. 2. Abschn. Des III. Theils 22. Samml.

Die Beschreibung der Theile, so auf dieser und der folgenden Tafel vorgestellet werden, kommet mit der Beschreibung der XXII. Tafel überein; doch ist zu merken, daß die punctirten Linien, in gegenwärtiger die Stelle der Schambeine und den vördern Theil der Hüftbeine anzeigen, welche hier weggenommen worden; auch können sie in Ansehung der übrigen Vorstellungen von vornen, wo sie, ohne Nachtheil der Tafel selbst, nicht so wohl angebracht werden konnten, zum Muster dienen.

TAVBLA TRIGESIMA

Monstrat, vt in praecedenti, infantem clunibus prodeuntem; conferri etiam hic possunt loca ibidem citata attamen in eo hic est differentia, quod partes infantis anteriores, anteriorem etiam *Vteri* spectent partem. Quodsi jam hoc in casu, infans, ceu Tabula monstrat, clunibus, atque adeo complicatus, emergens, ad poplites vsque eductus sit, pedes sunt extrahendi linteoque velandi, ipse vero partus ita est conuertendus vt anteriores ipsius partes, posterioribus mulieris partibus obuersae sint. Vbi etiam ipso illo tempore dolor aliquis infantis corpus vrgeat, ipsa sub conuersione, retro ille est repellendus, faciliore namque opera conuertitur, si venter Peluim implet, quam si pectus humerique in eadem haerent; quumque nonnunquam facies cum sincipite, nimium alterutrum inguen versus vergat, ad latera *Peluis* partes hae sunt deducendae, id quod comode fieri potest, si corpus quarta parte amplius retrorsumque conuertitur, tum vero extrahi potest. Si paruus sit foetus, vix necesse est vt brachia educantur; caput autem eximitur, si humeri et corpus infantis retrorsum, *Perinaeum* versus compelluntur atque, vbi mentum et facies in *Vagina* haerent, *Occiput* sub *Pube* methodo *Deuenteriana* protrahitur. Potest etiam chirurgus vnum vel binos digitos in os inferere, vel ad nasi latera applicare, eodem brachio corpus sustinere, binos digitos alterius manus humeris nec non vtrique lateri colli admouere, dein corpus vltra *Pubem* tollere, atque tunc faciem et sinciput semicirculari motu, ab inferiore *externi Oris* parte protrahere. Singula haec commode peraguntur, si mulier lateri incumbit; sin infans grandior, *Peluis* vero angustior sit, accomodatior erit situs resupinus, quemadmodum jam in explicatione Tabulae XXIV. dictum fuit; atque vbi crura nec non corpus ad vsque humeros sunt educta, brachia caute sunt adducenda, dein vero caput educitur. Si infans complicatus protrahi nequeat, retropellendi sunt clunes, quodsi vero *Vterus* adeo renitatur, vt crura commode educi nequeant, mulier ea conuerti debet ratione vt genubus cubitisque innitatur. Protractis tum cruribus, oportet resupinam rursus collocare mulierem, quo corpus cum capite, ratione indicata, magis commode educi queat. Si varia post tentamina caput minus sequatur, periculumque sit ne, in detrimentum infantis ipsius, collum luxationem patiatur, forceps longior eaque incurua, ratione ad Tabulam XXXV. indicata, est adhibenda. Quodsi hac quoque nihil efficiatur, expectandum aliquamdiu est, si forte dolores quid promoueant; his quoque parum juuantibus, vnco, vt in explicatione XXXIX. Tabulae docuimus, res est peragenda.

Die Dreyßigste Tafel

Zeiget unter der nämlichen Vorstellung wie in der vorigen, wobey auch eben die daselbst angeführten Stellen nachgesehen werden können, wie das Kind mit dem Hintern komme; doch mit diesem Unterschied, daß die vordern Theile des Kindes, nach dem vordern Theil der Gebährmutter stehen. Wenn nun in diesem Fall, das Kind, welches, wie hier vorgestellet ist, mit dem Hintern, und also gedoppelt kommet, bis an die Kniekehlen heraus gebracht worden, mus man die Beine heraus ziehen, um selbige ein Tuch wickeln, und das Kind so wenden daß desselben vordere Theile, nach den hintern Theilen der Frauen gekehret stehen. Sollte zu gleicher Zeit eine Wehe auf des Kindes Leib gehen, so mus man solches, im Wenden, wieder in die Höhe treiben, weil es sich leichter wenden läßet, wenn der Bauch im Becken ist, als wenn die Brust und die Schultern in solchem stecken, und da manchmalen das Gesicht nebst dem Vorderhaupt, zu viel nach einer von den Weichen gekehret stehet, so können diese Theile zur Seite des Beckens gebracht werden, wenn man die Wendung um ein Viertel weiter und etwas ruckwarts machet, hernach kan man den Körper heraus ziehen. Ist das Kind nicht gros, so ist es nicht nöthig die Arme herab zu bringen; den Kopf aber kan man bekommen, wenn man die Schultern nebst dem Körper des Kindes ruckwarts nach der Gesäßnath zu drucket, und indem das Kinn nebst dem Gesicht in der Mutterscheide ist, das Hinterhaupt unter den Schambeinen, nach Deventers Art, hervorzubringen suchet. Der Operateur kan auch einen oder zwey Finger in den Mund führen, oder an die Seiten der Nase legen, den Körper dabey mit dem nämlichen Arm unterstützen, und zwey Finger der andern Hand an die Schultern und jede Seite des Halses vom Kind ansezen, auf diese Weise aber den Körper über die Scham hinauf heben, und das Gesicht nebst dem Vorderhaupt vermittelst einer halben Kreiswendung, am untern Theil des äusseren Mutternundes, heraus ziehen. Alles dieses ist leichtlich ins Werk zu stellen, wenn die Frau auf der Seite lieget; ist aber das Kind groß, und das Becken enge, so ist es besser die Frau liege auf dem Rucken, wie bey der XXIV. Tafel gemeldet worden, und wenn man die Beine nebst dem Körper bis an die Schultern heraus gezogen hat, mus man die Arme vorsichtig hervor zu bringen suchen, und den Kopf heraus ziehen. Kan das Kind nicht gedoppelt heraus gebracht werden, mus man den Hintern in die Höhe treiben, wäre aber der Widerstand der Gebährmutter so gros, daß die Beine nicht heraus gezogen werden könnten, so mus sich die Frau so wenden, daß sie sich auf ihre Knie und Ellebogen steure. Hat man nun auf diese Weise die Beine heraus gebracht, läßt man die Frau wieder auf den Rucken legen, damit der Körper nebst dem Kopf, nach oben beschriebener Weise mit mehrer Freyheit heraus gezogen werden könne. Kan man den Kopf nach wiederholten Versuchen nicht gewinnen, ohne daß das Kind dadurch zu Schaden komme und solchem der Hals verrenket werde, so mus man sich, wie in der XXXV. Tafel der langen, krummen Zange bedienen. Ist mit solcher ebenfalls nichts auszurichten, so kan man eine Zeit lang zusehen, ob die Wehen nichts vermögen, und wenn auch diese nichts befördern, mus man sich des Hackens bedienen, wie bey der XXXIX. Tafel gezeiget wird.

P. K. Seligmann. excud. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0100-1



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0101-6

J. M. Schmann. excud. Norimbergae.

TABVLA TRIGESIMA PRIMA

Sistit *Peluim* a parte anteriore inque ea *Foetum*, per *Vteri* contractionem ita compressum, vt pilae formam habeat ipsiusque anteriores partes, inferiores *Vteri* partes spectent, pesque alter cum manu altera in *Vaginam* sit prolapsus. Ablata est hac in icone anterior *Peluis* pars sectione in longitudinem, per medium *Foramen magnum*, facta.

AA *Partes superiores* Ossium Ilium.
BB *Vterus.*
C *Os Vteri* dilatatum, comparens
OOOO in *Vagina*
D Inferior posteriorque *Oris externi* pars.

EEEE Partes reliquae *Ossium Pubis* et *Ossium Ischiorum.*
FFFF *Membrana adiposa.*

Monstrat haec, tresque sequentes Tabulae, quatuor diuersos *Foetus* in *Vtero* positus, insuperque docent, qua ratione, in his aeque ac aliis praeter naturam casibus, partus sit juuandus.

In omnibus, qui praeter naturam accidunt, casibus, in pedes conuersus infans non difficulter extrahitur, si, antequam *Membranae* ruptae sint et aquae effluxerint, habitum ipsius nouerimus. Sin *Peluis* est angustior, mulierque viribus pollet, caput grandius ita potest dirigi, vt naturali prodeat via. Quodsi vero omnis effluxerit humor, *Vterusque* contractus infantis corpus arctius stringat, hac ratione rarius res perficitur, quum *Vteri* compressio lubricumque infantis caput impedimento sint.

Oportet autem, praesenti in casu, mulierem sic collocare vt resupina sit, vel alterum in latus cubet, vti jam Tab. XVI. et XXIV. monitum fuit. Vbi dein chirurgus *Os externum* digitis suis sensim dilatauit, eosdem in *Vaginam* demittere partesque *Foetus* emergentes in *Vterum* retro repellere debet, sin spatium id permittat, ipsam intus dare potest manum *Osque internum* adaperire, nisi sufficienter jam a *Membranis Aquisque* fuerit adapertum. Dein manum in *Vterum* demittere debet, vt positum *Foetus* sentiat; tum si clunes propiores sint capite, alter etiam quaerendus est pes, vt bini adduci atque vltra *Os externum* protrahi queant. Linteo illi tunc sunt obuoluendi, et postquam eosdem manu comprehendit chirurgus, alteram in *Vterum* inserere debet manum caputque *Foetus* repellere, altera vero, qua pedes apprehendit, crura extrahere. Si caput fuerit repulsum, nec relabatur, educere ex *Vtero* manum potest chirurgus, partusque negotium, ratione praecedentibus in Tabulis indicata, perficere. Si incongrua illa methodo res tentetur, qua vnum binosue pedes apprehendunt eosdemque adducunt, fieri quidem potest, vt clunes protrahantur caputque *Fundum* versus dirigatur; sin minus id accidat, periculum est, ne *Foetus* luxationem patiatur, id quod methodo antea indicata praecauetur. Si *Membranae* ruptae fuerint, antequam *Os vteri* sufficienter sit adapertum, neque chirurgus manum intus dare queat, id quod interdum primo in partu contingere solet, expectandum est, donec partes *Foetus* altius descendant, decrescet enim hac ratione Oris interni rigiditas.

Die

Ein und dreyßigste Tafel

Zeiget in einem von vornen vorgestellten Becken, die durch Zusammenziehung der Mutter rund zusammen gepreßte Frucht, deren vordere Theile nach jener ihrem untern Theil gekehret sind, eine Hand aber und ein Fus sind in die Mutterscheide eingetretten. In dieser Figur ist der vordere Theil des Beckens durch einen nach der Länge, mitten durch das grosse Loch, gemachten Schnitt hinweggenommen worden.

AA Die obern Theile der Darmbeine.
BB Die Gebährmutter.
C Der ausgedehnte Muttermund, welcher sich
OOOO in der Mutterscheide zeiget.
D Der untere und hintere Theil des äussern Muttermundes.

EEEE Der Rest von den Schambeinen und Hüfftbeinen.
FFFF Die Fetthaut.

Diese Tafel und die drey folgenden, stellen vier verschiedene widernatürliche Lagen des Kindes in der Mutter vor, und können zum Unterricht dienen, wie so wohl in diesen, als in allen andern widernatürlichen Fällen, das Kind zur Welt zu bringen seye.

In allen widernatürlichen Fällen, kan das Kind leichtlich gewendet und bey den Füssen heraus gezogen werden, wenn man solche erkennet, ehe noch die Häutlein zerrissen und die Wasser gesprungen sind; oder wenn das Becken enge und die Frau stark ist, so kan man den Kopf, wenn er gros ist, in eine solche Lage bringen, daß er ordentlich komme. Sind aber die Wasser gänzlich verlossen und hat sich die Mutter stark um den Körper des Kindes zusammen gezogen, kan lezeres selten geschehen; weil die Mutter zu stark druket, und des Kindes Kopf zu schlipferig ist.

In gegenwärtigem Fall kan die Frau entweder auf den Rucken, oder auf die Seite geleget werden, wie in der XVI. und XXIV. Tafel gezeiget worden, und wenn der Operateur den äusseren Muttermund nach und nach mit seinen Fingern erweitert hat, mus er solche in die Mutterscheide bringen, und die Theile des Kindes, welche eingetretten sind, in die Mutter zuruck treiben, oder wenn so viel Raum da ist, kan er die Hand hinein bringen um den innern Muttermund zu erweitern, wenn er nicht bereits vorher durch die Häute und Wasser genugsam ausgedehnet worden. Ist dieses geschehen mus er mit seiner Hand in die Mutter fahren, um von der Lage des Kindes Bericht einzunehmen, und wenn der Hintere niedriger als der Kopf stehet, den andern Fus suchen, und also beede Füsse bis über den äussern Muttermund heraus ziehen. Hierauf mus um solche ein Tuch gewickelt werden, und wenn er selbige mit einer Hand umfasset, soll er mit der andern in die Mutter fahren, um damit den Kopf des Kindes in die Höhe zu heben, wenn er an den Füssen und Schenkeln, mit der andern Hand, womit er sie hält, ziehet. Stehet der Kopf in der Höhe, und fällt er nicht wieder herab, kan der Operateur die Hand aus der Mutter heraus ziehen, und die Entbindung, wie in den beeden vorigen Tafeln gezeiget worden, zu Ende bringen. Wenn man nach der gewöhnlichen schlechten Manier einen oder beyde Füsse hält und daran ziehet, so kan zwar der Hintere kommen, und sich der Kopf nach dem Grund der Mutter zu in die Höhe begeben, sollte solches aber nicht geschehen, so ist sehr zu befürchten, daß am Kind keine Verrenkung geschehe, welches nach obiger Weise vermieden wird. Sind die Häute zerrissen, ehe sich der Muttermund weit genug geöffnet hat, und kan der Operateur seine Hand nicht hinein bringen, welches manchmalen bey solchen Frauen geschiehet so das erstemal schwanger sind, so läßt man die Theile des Kindes immer weiter heran rucken, hiedurch aber wird der innere Muttermund sich bald erweitern.

TABVLA TRIGESIMA SECVNDA

Eadem, ac in praecedenti, partium sistitur repraesentatio, sed contrarius prorsus est *Infantis* positus: spectant namque clunes anterioresque partes *Fundum Vteri*; descendit sinistrum Brachium in *Vaginam*, parsque illius anterior ex *Ore externo* propendet, humerus etiam in *Os Vteri* adactus est.

Inferere debet, hoc in casu, chirurgus digitos suos, inter posteriorem *Vaginae* partem brachiumque *Foetus*, vt humerum repellat, manuque in Vterum demissa, habitum positumque illius explorare possit. Hoc cognito, eam in partem *Vteri*, qua caput haeret, humerus est compellendus, quo caput in *Fundum* ascendat. Si corpus infantis dimoueri atque sic dirigi nequeat vt pedes apprehendi possint, manu altius demissa chirurgus eosdem conquirere, conquisitos apprehendere, et, quandum quidem fieri potest, adducere debet. Vbi hac ratione positus non mutatur, repellendus est humerus, pedesque alternatim attrahendi sunt, donec in *Vaginam* adducantur, vel extra *Os externum* protrahantur; tum vero partus, vt priore in casu, est expediendus.

Si pedes vltra *Vaginam* adduci nequeant, laqueo constringendi sunt bini tali, hujusque ope vlterius protrahendi, dum altera manu, antea jam in *Vterum* demissa, humeri cum capite repelluntur. Poterit conduplicata hac vi et positus infantis mutari et partus juuari. Vbi ejusmodi in casibus humerus in *Fundum* repellitur, vtplurimum brachium in *Vterum* retrahitur; sin ita intumuerit, vt impedimento sit, quo minus chirurgus manum in *Vterum* demittere, brachiumque replicare vel reducere queat, hoc, pro educendo partu muliereque seruanda, prope humerum vel cubitum abscindendum est. Si bina prodeant brachia, thoraxque propinguus sit ratione jam descripta res est peragenda.

Quod ad explicationem hujus sequentisque attinet Tabulae, praecedentis explicatio, locaque ibidem citata sunt inspicienda.

Die

Zwey und dreyßigste Tafel

Zeiget unter eben der Vorstellung, wie in voriger, das Kind in ganz anderer Lage, indem der Hintere nebst desselben vordern Theilen gegen den Grund der Mutter gekehret sind; der linke Arm steckt in der Mutterscheide, und der Vorderarm hängt ausserhalb des äusseren Muttermundes, auch ist die Schulter in den Muttermund mit eingepreßt.

In diesem Fall mus der Operateur seine Finger zwischen den hintern Theil der Mutterscheide und den Arm des Kindes bringen, um die Schulter in die Höhe zu heben und Platz zu gewinnen, daß er mit der Hand in die Mutter kommen und des Kindes Lage untersuchen könne. Ist ihm diese bekannt, so soll er die Schulter nach denjenigen Theil der Mutter hintreiben, in welchem der Kopf stehet, um diesen in den Grund derselben zu bringen. Kan der Körper des Kindes nicht beweget und in eine bequeme Lage gebracht werden, um die Füsse zu bekommen, so mus der Operateur seine Hand immer höher hinauf zu schieben trachten, um die Füsse zu suchen und solche vest zu halten, auch so viel als möglich herab zu bringen. Würde hiedurch die Lage noch nicht verändert, mus man die Schulter hinauf treiben und an den Füssen wechselsweis ziehen, bis man sie in die Scheide oder über den äusseren Muttermund heraus gebracht hat, sodenn kan die Entbindung, wie im vorigen Fall, zu Ende gebracht werden.

Können die Füsse nicht weiter als bis in die Scheide herabgebracht werden, mus man um beede Knöchel eine Schlinge legen, da man dann die Beine weiter herabbringen kan, wenn mit der einen Hand an der Schlinge gezogen, mit der andern aber, welche bereits vorher in die Mutter gebracht worden, der Kopf nebst den Schultern in die Höhe getrieben wird. Durch diese doppelte Gewalt kan die Lage des Kindes verändert und die Entbindung bewerkstelliget werden. Wenn in dergleichen Fällen die Schulter nach den Grund zu getrieben wird, so gehet der Arm insgemein in die Mutter zurück; ist selbiger aber so aufgeschwollen, daß der Operateur seine Hand nicht hinein bringen kan, und sich der Arm nicht biegen oder in die Mutter zurück bringen läßt, mus solcher, um die Frau zu entbinden und zu erhalten, an der Schulter, oder am Ellebogen abgenommen werden. Kommen beede Arme, und stehet die Brust da, so verfähret man oben beschriebener massen.

Was die Erklärung dieser und der folgenden Tafel anbetrifft, so kan die vorhergehende nebst den daselbst angeführten Stellen nachgesehen werden.



J. M. Seligmann. exaud. Norimbergae.

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0108-5

TABVLA TRIGESIMA TERTIA

In *Pelui*, eadem ratione ac praecedenti in tabula repraesentata, sistit tertium exemplum *Infantis* pilae ad formam compressi, ventre, vel *Regione vmbilicali*, ad *internum vteri Os* ea ratione cubantis, vt in *Vaginam* prolapsus *Vmbilicus*, *externo* propendeat *ex Ore*.

Iuuatur hoc in casu partus, vt praecedenti in Tabula ostensum fuit, si thorax repellatur, pedesque conquirantur. Si venter infantis in propinquo sit, facilius pedes inueniuntur, quam vbi thorax proximus est, quod, priore in casu, caput propius ad *Vteri Fundum* haeret, crura vero pedesque inferiora magis spectant. Ventre vel thorace in inferiorem *Peluis* partem compulso, metuendum est, ne *Vertebrae* infantis incurueantur spinaeque medulla comprimatur; neque etiam nisi summa vi, partes hae in *Vterum* repelluntur, quo pedes apprehendi queant. Oportet hinc nonnunquam, vt mulier, genubus cubitisque innitatur, atque sic *Musculorum Abdominis* renixus minuatur. Si *Vmbilicus externo* ex *Vteri Ore* propendeat, atque arteriarum ictus in eo sentiantur, protinus est refundendus, vt *Vaginae* calore foueatur, ne sanguinis motus sistatur, isue ipse ab aere frigido cogatur. Si vna cum capite *Vmbilicus* prodeat, in summo periculo versatur infans, nisi partus, ipsis doloribus, vel pedum protractione, promoueatur.

Quòd ad explicationem huius tabulae locaque citata attinet, conferendae sunt binae praecedentes tabulae.

Die Drey und dreyßigste Tafel

Zeiget, bey der nämlichen Vorstellung des Beckens, wie in der vorigen, eine dritte Art der Lage eines rund um zusammengepreßten Kindes, welches mit dem Bauch, oder mit der Gegend um den Nabel, am inneren Muttermund lieget, und dessen in die Scheide eingetrettene Nabelschnur, sich am äussern Muttermund sehen läßt.

In diesem Fall wird die Entbindung, wie in der vorigen Tafel, dadurch befördert, daß man die Brust in die Höhe treibet, und die Füsse herabzubringen suchet. Wenn das Kind mit dem Bauch kommet, ist es leichter zu den Füssen zu gelangen, als wenn sich die Brust darbietet; weil im ersten Fall der Kopf dem Grund der Mutter näher ist, die Schenkel und Füsse aber weiter unten sind. Wenn der Bauch oder die Brust in den untern Theil des Beckens hineingetrieben wird, ist zu befürchten, es mögten die Wirbelbeine des Kindes verbogen, und das Ruckenmark gedrucket werden, auch wird grosse Gewalt erfordert, diese Theile in die Mutter zurück zu treiben, um zu den Füssen zu kommen; daher es denn manchmalen nöthig ist, daß sich die Frau umwende und auf den Knien und Ellebogen ruhe, um den Widerstand der Musceln des Unterleibes zu vermindern. Wenn die Nabelschnur vor den äusseren Muttermund heraus tritt, und man fühlet, daß sie noch schläget, mus man solche alsobald wieder zurückbringen, und in der Scheide warm halten, damit der Kreislauf nicht gehemmet werde und, wenn sie der kalten Luft ausgesezet ist, keine Stockung in selbiger entstehe. Kommt die Nabelschnur nebst dem Kopf, so ist das Kind in Gefahr, wenn es nicht bald durch die Wehen, oder durch das Herausziehen bey den Füssen, zur Welt gebracht wird.

Es können hier die beeden vorhergehenden Tafeln, in Ansehung der Erklärung und der angeführten Stellen, nachgesehen werden.

TABVLA TRIGESIMA QVARTA

Repreſentat *Peluim* a latere, nec non caſum, ex iis qui contra naturam accidunt, difficillimum. Prodit infans ſiniſtro humero, thorace atque collo, caput vero ad *Pubem* haerens, dextrum humerum dorſumque verſus reflexum eſt; pedes atque nates *Fundum* occupant *Vteri*, qui valde contractus ipſum infantis corpus, oblongae Vaginae inſtar ambit.

ABC *Os ſacrum* nec non *Os Coccygis*.

D *Os Pubis* ſiniſtrum.
E Pars *Veſicae*.
F *Inteſtinum rectum*.
M *Anus*.
MN *Perinaeum*.
V *Vrethra*.
O *Os Vteri* nondum adapertum, poſteriora ſpectans atque *Inteſtino recto* et *Oſſi Coccygis* obuerſum.
RS Idem *Os Vteri*, punctis delineatum, a doloribus jam exortis, adapertum.
TU *Os Vteri* amplius, ſed magis poſteriorem quam anteriorem partem *Peluis* verſus adapertum.
WP Idem anterius nondum ex integro, poſterius vero ita dilatatum, vt prorſus euanuerit; quin continuus interdum, hoc in loco, cum *Vagina* ſit *Vterus*.

Patet hinc, cur anterior *Oris vterini* pars ſaepius ante caput *Infantis Pubem* verſus adigatur; quodſi vero partus hinc retardetur, eundem juuare poſſumus, ſi inter Caput ipſamque hanc partem, vnus alterve digitus inſeratur. V. Tabulam IX. X. XI. XII. XIII.

Vbi Infans ita fuerit compoſitus, educique debeat, partes quae in propinquo ſunt, manu retro repellantur, quo caput ſurſum tollatur inque *Vteri Fundum* aſcendat. Quodſi ob arctiorem *Vteri* contractionem id fieri nequeat, caute pedetentimque chirurgus manum prope thoracem ventremque demittere debet, vt crura pedesque apprehendere, apprehenſosque, quantum quidem infantis poſitus permittit, educere queat. Tunc vero corpus, partes inferiores retropellendo, ſuperiores attrahendo, ita eſt conuertendum, vt, pedibus vltra *externum Os* protractis, ipſe foetus, vtin XXXI. Tabula, educatur. Sin pedes non eo vsque adduci atque ex *Vteri externo Ore* propendentes comprehendi queant, tali, vt XXXII. in Tabula, laqueo ſunt conſtringendi.

Conferantur loca L atque ad III. partis ad Tabulam XXXI. citata.

Die Vier und dreyſſigſte Tafel

Stellet das Becken von der Seite und zugleich einen der ſchwerſten widernatürlichen Fälle vor. Das Kind iſt mit der lincken Schulter, mit der Bruſt und dem Hals eingetretten, der Kopf iſt über die Schamgegend, nach der rechten Schulter und den Rücken zurück gebogen, die Füſſe und der Hintere aber ſtecken oben im Grund der Mutter, welche um den Körper des Rindes, gleich einer langen Scheide zuſammen gezogen iſt.

ABC Das heilige Bein und das Schwanzbein.
D Das Schambein an der linken Seite.
E Ein Theil von der Harnblaſe.
F Der Maſtdarm.
M Der After.
MN Das Mittelfleiſch.
V Der Harngang.
O Der noch nicht geöffnete Muttermund, welcher nach hinten, nach dem Maſtdarm und Schwanzbein zu ſtehet.
RS Eben derſelbe, durch punctirte Linien vorgeſtellet, wie er von denen Wehen, ſo ſich nunmehr einzuſtellen angefangen, geöffnet worden.
TU Eben derſelbe weiter geöffnet, doch mehr nach dem Hintern als vordern Theil des Beckens zu.
WP Eben derſelbe von vornen noch nicht völlig, von hinten aber ſo weit ausgedehnet, daß man nichts mehr davon ſiehet, indem die Mutter und die Mutterſcheide, daſelbſt manchmalen nur eine Fläche mit einander machen.

Hieraus iſt zu erſehen, warum der vordere Theil des Muttermundes vielmals vor dem Kopf des Kindes her und an die Schamgegend angetrieben werde; wenn nun aber dadurch die Entbindung aufgehalten wird, kan man ſolche befördern, wenn man einen oder zwey Finger zwiſchen den Kopf und dieſen Theil bringet. S. die IX. X. XI. XII. XIII. Tafel.

Wenn das Kind die auf dieſer Tafel vorgeſtellt Lage hat, und ſolches enthunden werden ſoll, mus man ſuchen, die Theile, womit es eingetretten, mit der Hand zurück zu treiben, um den Kopf hinauf und in den Grund der Mutter zu bringen. Iſt ſolches wegen des ſtarken Zuſammenziehens der Mutter nicht möglich, ſo mus der Operateur ſeine Hand ſachte und vorſichtig, längſt der Bruſt und dem Bauch des Kindes hinauf ſchieben, um zu den Schenkeln und Füſſen zu kommen; dieſe muß er ergreiffen, und ſo weit herabziehen, als es die Lage des Kindes erlauben will. Hierauf ſoll der Körper deſſelben durch Hinauftreibung der untern Theile, und Anziehung der obern, herumgewendet werden, bis die Füſſe zum äuſſeren Muttermund herausgebracht und das Kind, wie in der XXXI. Tafel entbunden worden. Kan man aber die Füſſe nicht bekommen, daß man ſie auſſerhalb des äuſſern Muttermundes ergreiffen kan, mus man um die Knöchel eine Schlinge legen, wie in XXXII. Tafel.

S. die bey der XXXI. Tafel angeführte Stellen des I. und III. Theiles.


A
Q
F
U
G
O
B
R
T
W
D
H
E
P
C
M
N
V
K

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0112-7

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0114-8

TABVLA TRIGESIMA QVINTA

Peluim a latere exhibet, rationemque docet qua, ope longioris incuruaeque forcipis, in casibus contra naturam, *Infantis* caput sit extrahendum, si id ipsum methodo ad Tabb. XXIX. & XXX. indicata, per ipsas manus educi nequeat.

A Tres inferiores *Lumborum Vertebrae*, cum *Osse sacro*, *Osseque Coccygis*.
B *Os Pubis* sinistri lateris.
CC *Perinaeum* atque *Anus* forcipe retroacti.

D *Inteſtina*.
EE *Abdominis* parietes.
FFF *Vterus*.
G Pars posterior *Oris Vteri*.
H *Inteſtinum rectum*.
I *Vagina Vteri*.

Si corpore brachiisque infantis extractis, methodo in explicatione citatarum tabularum, nec non in I. et III. Parte fusius descripta, caput per ipsas manus educi nequiuerit; vt infans conseruetur, qui ob vertebrarum colli luxationem, medullaeque spinalis compressionem in mortis periculo versatur, haec adhibenda curatio est. Si resupina mulier transuerso lecto sit collocata, oportet ex assistentibus aliquem corpus atque brachia infantis sursum tollere, quo chirurgus facilitatem agendi nanciscatur, qui, vbi altera manu faciem infantis apprehendit atque retrorsum direxit, vt forcipem lateribus capitis magis commode injicere queat, manum alteri auri admouere, altera vero manu forcipis brachium, inter manum atque caput dimittere debet, ita vt incurua forcipis pars, ceu Tabula monstrat, *Pubem* spectet. His peractis manum educit, eademque forcipis brachium retinet, donec alteram manum, prope alterum capitis latus inseruerit, qua brachium forcipis jam demissum, eo compulso capite, comprimit, ne dum, oppositio in latere, alterum demittit brachium, id ipsum elabatur. Cauere dein debet ne vbi bina demissa forcipis brachia jungit, partem aliquam Vaginae arripiat comprimatque. Si latera capitis forcipe firmiter fuerint apprehensa, facies atque sinciput, in latus prope marginem *Peluis* conuerti debent, vt latior capitis pars, in latiorem hujus marginis partem ingrediatur. Attrahi tunc caput inferiora versus atque, prout renixus ex magnitudine ipsius, vel ex peluis angustia oriens, id requirit, major etiam vis adhiberi debet. Tum si sinciput propius est attractum, ea ratione est conuertendum, vt cauitatem intret, quam *Os sacrum* cum *Coccyge* format, quod dum fit, manubria forcipis sursum sunt tollenda, ipsa vero sub protractione *externo ex Ore* omnia illa sedulo obseruanda, quae in explicatione XIX. et XXX. Tabull. fuerunt dicta. Hac ratione caput educi, atque infans saepius seruari potest, neque vt vncus adhibeatur opus est, nisi Peluis adeo sit angusta, vt caput, ni extenuetur, educi prorsus nequeat.

V. Tab. XXXIX, vt et Part. I. Lib. III. Cap. 4. Sect. 5. nec non Collect. 34. et 35.

Die Fünf und dreyßigste Tafel

Zeiget das Becken von der Seite, und wie vermittelst der langen krummen Zange, in widernatürlichen Fällen, des Kindes Kopf herauszuziehen seye, wenn solches nicht, nach der bey der XXIX. und XXX. Tafel beschriebenen Weise, mit den Händen bewerkstelliget werden kan.

A Die drey letzten Wirbelbeine der Lenden, nebst dem heiligen Bein und dem Schwanzbein.
B Das Schambein linker Seite.
CC Die Gesäsnath und der Aſter, welche mit der Zange zurück gedrucket werden.
D Die Gedärme.
EE Theile des Unterleibes.
FFF Die Gebärmutter.
G Der hintere Theil des Muttermundes.
H Der Mastdarm.
I Die Mutterscheide.

Wenn der Leib und die Arme des Kindes heraus gebracht worden, und man sich bemühet hat, nach den in der Erklärung der angeführten Tafeln vorgeschlagenen und im I. und III. Theil umständlicher beschriebenen Methoden, den Kopf vermittelst der Hände herauszubringen; kan man, um das Kind zu erhalten, welches sonst, wegen Verenkung der Halswirbel und Druckung des Ruckenmarkes, verlohren gehen könnte, sich folgender Art bedienen. Wenn die Frau, wie in der XXIV. Tafel auf den Rucken liegt, mus einer von den beystehenden den Körper und die Arme des Kindes oberwärts nach den Leib der Frauen zu halten, damit der Operateur mehr Platz bekomme, welcher, wenn er eine Hand an des Kindes Gesicht gebracht, und solches von der Seite etwas ruckwärts gedrehet hat, damit er die Zange, an den Seiten des Kopfes, bequemer anlegen könne, seine Hand nach einem Ohr hinbringen, und eines der Blätter von der Zange mit der andern Hand, zwischen solche und den Kopf hinein schieben muß, so, daß die krumme Seite, wie die Tafel zeiget, nach der Schamgegend gerichtet seye. Ist dieses geschehen, so ziehet er die Hand heraus, um mit solcher das Blat der Zange zu halten, bis er die andere Hand an die andere Seite des Kopfes hinein gebracht hat, wodurch denn derselbe an das hineingeschobene Blat angedrucket wird, daß es nicht herausfallen kan, wann er mit der andern Hand an der gegenüber stehenden Seite das Blat hinein schiebet. Sind nun also die beeden Blätter hinein gebracht worden, hat er sich in Acht zu nehmen, wenn er solche zusammenfüget, daß kein Theil der Mutterscheide eingeklemmet werde. Wenn die Zange an den Seiten des Kopfes fest anlieget, mus das Gesicht nebst dem Vorderhaupt, wieder nach der Seite des Randes vom Becken gedrehet werden, wodurch der breite Theil des Kopfes in den breiten Theil des Randes vom Becken kommet. Hierauf wird der Kopf weiter herunter gebracht und, nachdem es der Widerstand des grossen Kopfes, oder die Enge des Beckens erfordert, immer mehr Gewalt gebraucht. Ist nun das Vorderhaupt weit genug herabgebracht worden, mus es so gedrehet werden, daß es in die Höle des heiligen Beines und des Schwanzbeines zu stehen komme, wobey die Handgriffe der Zange in die Höhe zu halten, und in Herausziehung des Kopfes durch den äusseren Muttermund mit eben der Vorsicht zu verfahren, wie bey der XIX. und XXX. Tafel gemeldet worden. Auf diese Weise kan der Kopf herausgebracht, und das Kind öfters erhalten werden, ohne daß man den Haacken zu gebrauchen nöthig hätte, ausgenommen bey solchen Becken, welche so enge sind, daß es unmöglich ist, den Kopf, ohne seine Grösse zu vermindern, herauszuziehen.

S. die XXXIX. Tafel, wie auch des I. Theils III. Buch 4 Cap. im 5. Absch. und des III. Th. 34 und 35 Sammlung.

TABVLA TRIGESIMA SEXTA

Monstrat *Peluim* a latere, nec non qua ratione, ope incurui vnci, *Infantis* caput sit extrahendum, si ob nimiam sui magnitudinem, vel ob *Peluis* angustiam, a corpore jam extracto auulsum in Vtero manserit.

ABC *Os sacrum* atque Os *Coccygis*.
D *Os Pubis* sinistri lateris.
EE *Vterus*
F Pars Vnci qua alteri jungitur.

ghi Acumen vnci intra *Cranium*.

Vbi, hoc in casu, sinciput ad *Os Pubis* haeret, vel ob foetum jam mortuum, atque putridum, corpus fuerit abruptum inferiorque maxilla auulsa, longiore incuruaque forcipe caput educi potest. Quodsi vero ob nimiam magnitudinem capitis, *Peluisque* angustiam, res dicta ratione peragi nequeat, caput aperiendum est, quo, dum extrahitur, extenuetur. Vbi itaque parturiens dorso vel lateri incumbit, vt in explicatione Tabb XVI. & XXIV. dictum fuit; Chirurgus sinistram manum in *Vterum* demittere, sinciputque infantis dextrum latus versus ad marginem *Peluis* nonnihil retrorsum conuertere debet, mento inferiora spectante. Dein palmam atque digitos ad Fontanellam vsque demittit, caputque pollice et auriculari digito firmiter, quantum quidem fieri potest, retinet, dum simul assistentium aliquis *imum Ventrem* vtroque in latere manibus premit, ne Vterus in media infimaque ipsius parte dimoueatur. Tum, vbi chirurgus dextra manu vncum dimisit capitique applicuit, ita, vt ipsius acumen sinciput, conuexa vero pars *Os sacrum* spectet, eundem sub sinistra manu ad *Fontanellam* vsque promouet, ibidemque vel etiam prope illam vnci acumen defigit, sinistram manum in eodem semper seruans situ, donec altera, acumine instrumenti cranium forarit, quo facto illud ipsum a *k* ad *i* vsque aperit. Fortius tum comprehenso vnco, sinistram manum omni educit cautione, ne partium mutetur situs, atque sic, ejus ope qui imum comprimit ventrem, ipsum caput magis descendet. Dein binos anteriores digitos sinistrae manus in os inserit, pollicem vero inferiori admouet maxillae, sic tamen vt manus altior sit vnco. Tum chirurgus, omnia firmiter retinens, ambabus manibus leniter trahere potest, atque vbi cerebrum per foramen effunditur, extenuabitur caput, ita, vt extrahi queat. Quodsi caput adeo lubricum sit, vt id fieri nequeat, vel si cranii durities impedimento sit, quo minus foramen sat amplum reddi possit, *Vertex* marginem *Peluis* versus est conuertendus, ita vt *Fontanella* retrorsum spectet, dein bina, lateribus capitis, inicienda sunt longioris incuruaeque forcipis brachia, sic, vt curuatura ipsius *Pubem* spectet. Iunctis postea brachiis, manubria ipsorum colligantur, vt capiti affixa maneant, vnus vero ex assistentibus eadem retrorsum dirigit, donec cranium ope majoris forficis XXXIX. in Tabula depictae, satis fuerit apertum. Tum leniter educendum est caput, sic tamen, vt *Sinciput* ad latus marginis antea conuertatur, dein, vbi cerebrum effunditur, caputque inferiora versus magis est adductum, id ipsum ita est conuertendum, vt Sinciput cauitatem *Ossis sacri* ingrediatur, postea vero infans, ratione ad Tabulam XVI. indicata, extrahitur.

Monstrat insuper haec Tabula qua ratione vncus capiti sit injiciendus, si chirurgus id ipsum, licet corpus non fuerit separatum, per ipsas manus, vel longiore forcipe, vt XXIX. et XXXV. in Tabula, commode educere nequeat.

V. Part. I. Lib. III. Cap. 7. Sect. 4. Cap. 4. Sect. 5. & Part. III. Colleck. 31, 36.

Die Sechs und dreyßigste Tafel

Stellet das Becken von der Seite vor, und wie man vermittelst eines krummen Haackens, den Kopf des Kindes herausziehen könne,

wenn solcher, weil er entweder zu gros, oder das Becken zu enge ist, nach entbundenen und abgesonderten Körper, in der Mutter zuruck geblieben.

ABC Das heilige Bein und das Schwanzbein.
D Das Schambein linker Seite.
EE Die Gebährmutter.
F Der Theil des Haackens, wo er mit dem andern zusammengefüget wird.
ghi Die Spize des Haackens innerhalb der Hirnschale.

Wenn sich dieser Fall ereignet, weil das Vorderhaupt am Schambein hanget, oder das Kind schon lange tod ist, und so mürbe geworden, daß sich der Körper und der untere Kiefer unvermuthet abgesondert haben, ist die lange aufwärts gekrümmte Zange hinlänglich genug den Kopf herauszuziehen; wäre aber derselbe gros, und das Becken enge, und könnte die Entbindung nicht auf angezeigte Weise vollbracht werden; so muß man den Kopf öffnen, damit sich, im Herausziehen, die Grösse desselben vermindere. Wenn nun also die Gebährende entweder auf dem Rücken oder auf der Seite lieget, wie in der Erklärung der XVI. und XXIV. Tafel angerathen worden; so mus der Operateur seine linke Hand in die Mutter bringen, und das Vorderhaupt des Kindes nach der rechten Seite des Randes vom Becken etwas ruckwärts drehen, wobey das Kinn nach unten gerichtet seyn mus. Hierauf schiebt er die flache Hand und die Finger bis an das Blätgen hinauf, und hält den Kopf mit dem Daumen und kleinen Finger an den Seiten so vest als möglich, wobey zugleich ein Beystehender, den Unterleib an jeder Seite mit beeden Händen drucken mus, um die Gebährmutter in dem mittlern und untern Theil desselben vest zu halten. Wenn dieses geschehen, und der Operateur mit seiner rechten Hand den Haacken hinein gebracht, und an den Kopf angesezet hat, so, daß die Spitze desselben nach dem Vorderhaupt, der runde Theil aber nach dem heiligen Bein gekehret ist, schiebt er denselben an der innern Seite der linken Hand bis an das Blätgen hinauf, und sezet daselbst, oder nahe dabey, die Spize des Haackens vest an, wobey er die linke Hand beständig in der vorigen Lage hält, bis er mit der andern die Hirnschale mit der Spize des Instruments durchbohret hat, und macht sodenn in solche eine lange Oeffnung von k bis zu i; hierauf hält er den Haacken vest, und zieht die linke Hand mit aller Vorsicht heraus, damit die vorige Lage nicht verändert werde, der Kopf aber wird durch Beyhülfe dessen der den Unterleib drucket, weiter herabtretten. Hierauf stecket er die beeden vordern Finger der linken Hand in den Mund, den Daumen aber bringt er an den untern Kiefer, so, daß die Hand über dem Haacken seye. Wenn nun der Operateur alles vest hält, kan er anfangen mit beeden Händen gemach zu ziehen, bringt hierauf das Hirn durch das gemachte Loch heraus, so wird der Kopf kleiner, und also kan er auch folgen. Sollte dieses aber wegen Schlüpferigkeit des Kopfes, oder auch deswegen nicht angehen, weil er bereits so stark knöchen geworden, daß man die Oeffnung nicht gros genug machen kan; mus der Scheitel nach dem Rand des Beckens gedrehet werden, so, daß das Blätgen ruckwarts stehe, hernach legt man die beeden Blätter der langen krummen Zange an den Seiten des Kopfes an, so, daß die Krümme derselben nach der Schamgegend gerichtet seye. Sind nun aber selbige in einander gefüget worden, so bindet man die Handheben derselben mit einem Band zusammen, damit sie vest am Kopf liegen bleiben, ein Beystehender aber hält dieselben ruckwärts, bis die Hirnschale vermittelst der in der XXXIX. Tafel vorgestellten grossen Schere, weit genug geöffnet worden. Hierauf ziehet man den Kopf sachte heraus, drehet aber vorher das Vorderhaupt nach der Seite des Randes, und wenn das Hirn herausdringt, und der Kopf weiter heruntergebracht worden, drehet man ihn so, daß das Vorderhaupt in die Höle des heiligen Beines komme, worauf die Entbindung, wie in der XVI. Tafel, vollendet wird.

Es kan diese Tafel auch dazu dienen, daß man sehe, wie der Haacken an dem Kopf anzulegen seye, wenn solcher, obschon der Körper nicht davon abgesöndert worden, von dem Operateur mit den Händen oder der langen Zange, wie in der XXIX. und XXXV. Tafel, nicht herausgebracht werden kan.

S. des I. Th. III. B. 3. Cap. 7. Abschn. 4. Cap. 5. Abschn. und des III. Th. 31, 36. Samml.

TAB. XXXVI

J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0117-5

TAB. XXXVII.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TABVLA TRIGESIMA SEPTIMA

Repraesentat, aeque ac binae sequentes, varia, in difficilibus atque laboriosis casibus, vtilia *Instrumenta*.

a Recta atque *breuis* est *Forceps*, quae distantiam laminarum earundemque longitudinem, eum ad locum vsque vbi junguntur, exacte monstrat. Illa binos, haec sex aequat pollices, atque proin ipsae laminae, cum manubriis suis quinque pollices cum dimidio longis, longitudinem vndecim et dimidii habent pollicis. Pro iubitu etiam mutari manubriorum potest longitudo. Ipsa tamen praxi edoctus, affirmare possum, hujus mensurae forcipem magis commode adhiberi longiore, plurimis namque in casibus, in quibus illa vti cogimur, pro extrahendo partu sufficit. Possunt manubria inferiorque laminarum pars, crassiore obuolui corio, ipsis vero laminis mollius est inducendum velamen, facili opera mutandum, si forte suspicio, contagii cujusdam venerei, ex vno priorum casuum nascatur. Forcipe hac ratione obuoluta firmius, quae apprehendimus, retinentur, neque etiam ea ipsa infantis caput nimium premitur. Vt insuper laminae commode magis demittantur, lardo sunt inungendae.

b Laminám alteram postica ostendit a parte, quo praeter formam mensuramque ipsius cernatur, quae amplitudo longitudoque sit in ipsa facti foraminis; hic tamen manubrium justo fere est majus.

Quod ad formam atque mensuram *longioris incuruaeque* attinet *forcipis*, quae similiter velamine quodam est oluoluenda, conferri potest Tabula XXI.

Adhibetur forceps, eo praesertim consilio, vt infans seruetur, acutorumque instrumentorum vsus vitetur; sed adhiberi illis tantum in casibus debet, vbi mulier, ob vim ipsa in extractione adhibendam, nullum vitae subit periculum, inconsideratus namque ipsius vsus, plus afferre potest noxae quam emolumenti.

Conferri hic etiam possunt, explicatio Tabulae XVI. Praefatio Volum. II. nec non huc spectantes in Collectione reperiendi casus.

c Obtusus Vncus, cujus triplex est vsus:

Primo ad extrahendum adhibetur caput, si cranium forfice fuerit perforatum. Demittitur scilicet extrema eaque minor pars prope aurem ad latus capitis vltra inferiorem maxillam, cui dein vncus injicitur, altera postea manu alterum extremum vnci est apprehendendum, bini vero alterius manus digiti in dictum foramen sunt inserendi, ipsumque caput sensim extrahendum.

Secundo, commode vti possumus vnci extrema minorique parte, ad educendas secundas, si primis quatuor quinqueue mensibus abortu facto, ob easdem diutius in vtero remanentes, separatas tamen, mulier nimiam sanguinis patitur profusionem viribusque deficitur, ipsi vero dolores easdem minus propellunt, neque digitis eaedem extrahi queunt. Vbi vero secundae ad vterum adhaerent, neque vnco neque alio educi debent instrumento, sed relinquendae sunt donec solutae sint. Si exigua secundarum pars ex vteri ore propendet, atque a parte reliqua in vtero haerente auellitur, coit tum vteri os, ipsa vero illa irritatio cessat, quae effectura fuisset, vt continui dolores secundas separassent propulissentque.

Tertio, majore alterius extremi vnco, corpus infantis educi potest, si obuersis clunibus ille vtero emergit; cautius tamen id ipsum est peragendum, ne femur luxetur diffringaturque.

V. Tabula XIX. vt et Vol. I. Lib. II. Cap. 3. ab Lib. III. Cap. 3. Sect. 7. Cap. 4. Sect. 2. Vol. II. Collect. 12. Vol. III. Coll. 31. 32.

Die Sieben und dreysigste Tafel Stellet, nebst den beeden folgenden, verschiedene, in schweren und mühsamen Fällen, nüzliche Instrumente vor.

a Ist die gerade kurze Zange, wobey die Proportion, was den Abstand der Blätter von einander, und die Länge vom Ende derselben, bis dahin, wo sie zusammen gefüget werden, anbelanget, genau beobachtet worden. Jener erstrecket sich auf zwey, und diese auf sechs Zolle, so, daß also die Blätter mit ihren Handhaben, welche fünf und einen halben Zoll lang sind, eine Länge von eilf und einen halben Zoll haben. Die Länge der Handhaben kan auch nach Belieben verändert werden. Doch hat mich die Practic gelehret, daß dieses das beste Maas, und eine solche Zange bequemer als eine längere zu gebrauchen seye, indem sie, in den meisten Fällen, wo man sich derselben zu bedienen nöthig hat, zur Entbindung stark genug ist. Die Handhaben und der unterste Theil der Blätter können, wie hier, mit starken Leder überzogen werden; die Blätter selbst aber, kan man mit etwas dünnerem überziehen, so, daß man es leicht verneueren könne, wenn man etwann, aus einem der vorigen Fälle, angewohnte, es mögte, wegen eines venerischen Uebels, eine Ansteckung zu befürchten seyn. Wenn die Zange so überzogen ist, so hält sie vester, und druckt des Kindes Kopf nicht so stark. Damit man auch die Blätter besser hinein bringen könne, müssen sie mit Speck bestrichen werden.

b Stellet den hintern Theil eines einzelnen Blates vor, um die Weite und Länge der in solchem befindlichen Oeffnung, wie auch die Form und das ganze Maas desselben zu zeigen; doch ist hier die Handhebe fast etwas zu gros.

Was die Form und das Maas der langen Zange anbelanget, welche aufwärts gekrümmet, und eben auch überzogen seyn soll: so kan deswegen die XXI. Tafel nachgesehen werden.

Der Zange bedienet man sich vornehmlich um das Kind zu erhalten, und den Gebrauch scharfer Instrumente zu vermeiden; doch soll man sich auch derselben nur in solchen Fällen bedienen, wo die zum Herausziehen anzuwendende Kraft, für das Leben der Mutter keine schlimme Folgen haben kan. Denn durch den unüberlegten Gebrauch der Zange kan man viel mehr Schaden thun als Nuzen schaffen.

Man kan hier auch die Erklärung der XVI. Tafel, die Vorrede des II. Theils, und die in der Sammlung befindliche hieher gehörige Fälle nachlesen.

c Der stumpfe Haacke, welchen man in dreyerley Absicht gebrauchet:

Erstlich, das Herausziehen des Kopfes zu befördern, wenn die Hirnschale mit der Scheere geöffnet worden, indem man das kleinere Ende, längst dem Ohr, an der äusseren Seite des Kopfes über den untern Kiefer hinauf bringet, woran man die Spize desselben ansezet; da man denn das andere Ende des Haackens mit einer Hand hält, zwey Finger der andern Hand aber in gedachte Oeffnung bringet, und so den Kopf nach und nach herausziehet.

Zweytens ist das kleinere Ende sehr dienlich, wenn in den vier oder fünf ersten Monaten ein Kind abgehet, um damit die in der Mutter liegende, abgelöste Nachgeburt heraus zu ziehen, wenn die Kranke wegen des zu langen Zurückbleibens derselben sich stark verblutet, und schwach wird, die Wehen aber nicht vermögend sind solche fortzutreiben, und sie nicht vermittelst der Finger herausgezogen werden kan. Wenn aber die Nachgeburt noch anhänget, so ist es gefährlich dieses, oder auch ein anderes Instrument zu gebrauchen, um solche herauszuziehen, indem man sie so lange darinnen lassen mus, bis sie sich selbst ablöset. Wenn ein kleiner Theil von der Nachgeburt zum Muttermund herausgetretten, und von dem noch an der Mutter anhängenden Nest abgerissen worden, so ziehet sich der Muttermund zusammen, und da läßt die Reizung nach, welche verursachet haben würde, daß die Wehen angehalten, und die ganze Nachgeburt abgesondert und heraus getrieben hätten.

Drittens dienet der grössere Haacken am andern Ende, um den Körper damit heraus zu ziehen, wenn das Kind mit dem Hintern kommt; doch mus man ihn mit vieler Vorsicht gebrauchen, damit das Schenkelbein nicht verenket oder zerbrochen werde.

S. die XXIX. Tafel, wie auch des I. Th. II. B. 3. C. und des III. Buches 3. C. 7. Abschn. 4. C. 2. Abschn. des II. Th. 12. Samml. des III. Th. 31. 32. Samml.

TABVLA TRIGESIMA OCTAVA.

A *Laqueum* ostendit, *cum balaenatia virga*, qui in difficilibus casibus interdum commode adhibetur, si ipsi chirurgo forceps minus forte sit ad manus.

Si *Infans Vertice* prodeat, caputque in inferiorem *Pelvis* partem fuerit compulsum, mulier vero enervata, neque etiam dolores ita foetum vrgeant vt per se excidere possit, inflexus laqueus prope anteriorem *Ossium bregmatis* partem, faciem versus, ea ratione est demittendus, vt, si fieri possit, super inferiorem maxillam injiciatur, hoc peracto, balaenatia virga vel intus relinquitur, vel e vagina sua educitur, ipse vero laqueus, vrgente semper dolore quodam, paulatim attrahitur. Si caput in superiorem *Pelvis* partem retro repelli queat, faciliori opera laqueus mento injicitur, fortiusque tum attrahi potest. Vbi infans facie, vel sincipite prodit, laqueus occipiti est injiciendus. V. Part. I. Lib. III. Cap. 3. Sect. 2. Part. II. Collect. 24.

In ejusmodi casibus balaenatiae virgae loco, ramus lentae adhiberi potest salicis, qui molli, vaginae ad modum consuta taenia est obducendus.

BB Nouam *Pessi* speciem monstrant, contra *Vteri Procidentiam* adhibendam; effictus ille est ad similitudinem illius quo *Galli*, *Belgaeque* vtuntur. Si *Vterus* repositus fuerit, pars crassior pessi in *Vaginam* demittitur, ita, vt *Vteri Os* concaua illius fulciatur parte, tribus in locis eum in finem perforata, vt humidis exitus detur. Bina, in tenuiore ex vteri externo ore prominente parte, sunt foramina, per quae duae transmittuntur teniae, cum quatuor aliis connectendae, quae a cingulo mulieris ventrem ambiente dependent, pessumque retinent. Vbi mulier cubitum se confert, pessum educere, si e lecto surgit, rursus demittere illum potest; quum vero externum *Os Vteri* eo ipso fricetur, mulierique ex vsu ipsius haud leuis interdum nascatur molestia, species illa, C signata, huic praefertur. Fiunt autem ex ligno, ebore, subere, linteoque obuoluti cera obducuntur. Inungitur ejusmodi pessus vnguento pomato, dein margine demittitur in vaginam, atque digito in foramen immisso ea ratione dirigitur, vt intra externum *Vteri Os* transuerse collocetur. Prout autem amplior angustiorque est via, major etiam vel minor efficiendus est pessus, ne forte, suborto nixu, excidat. V. Part. I. Lib. IV. Cap. I. Sect. 7. Part. III. Collect. 24.

DD *Catheterem* sistunt mulieribus adaptatum, quo praeter ipsius curuaturam, reliquae illius etiam conspici queant partes. Ad vsum quotidianum minores quoque confici queunt, magis commode in pera portandi. Quodsi vero nonnunquam vesica supra *Pubem* a capite vel corpore infantis comprimitur, catheter longitudinem heic depicti, vt habeat, necesse est, coactus etiam, rarioribus in casibus, vsus sum eathetere viris adaptato.

V. Part. I. Lib. II. C. 1. Sect. 1. 2. Part. II. Collect. 10. N. 2.

Die Acht und dreysigste Tafel.

A Zeiget die Schlinge mit dem Fischbein, deren man sich manchmalen in schweren Fällen mit Nutzen bedienen kan, wenn der Operateur im Nothfall die Zange nicht bey der Hand hat.

Wenn das Kind mit dem Scheitel kommet, und der Kopf in den untern Theil des Beckens eingedrungen, die Frau aber zu matt, und die Wehen das Kind herauszutreiben zu schwach sind, so muß man die zusammengebogene Schlinge längst dem Vordertheil der Seitenbeine nach dem Gesichte zu hinein schieben, und wo möglich, unter den untern Kiefer zu bringen suchen, wenn nun dieses geschehen, so kan man das Fischbein entweder darinnen lassen, oder aus der Scheide herausnehmen, und bey jeder schwachen Wehe, an der Schlinge gelinde ziehen. Kan man den Kopf in den obern Theil des Beckens zurückbringen, so ist es noch leichter die Schlinge am Kinn anzulegen, da sie denn auch sicherer und besser, als am Gesichte, hält. Kommt das Kind mit dem Gesicht oder Vorderhaupt, so bringt man die Schlinge über das Hinterhaupt. S. im I. Th. des III. B. 3. C. 2. Abschn. im 11. Th. die 24. Samml.

In dergleichen Fällen kan man sich auch statt des Fischbeines eines zachen Weydenzweiges bedienen, den man mit einem weichen Knie- oder Haarband, so gleich einer Scheide zusammen genähet worden, überziehen kan.

BB Sind zwey Vorstellungen einer neuen Art eines Mutterzapfens zum Vorfall der Mutter, so nach der französischen und holländischen Art gemachet ist. Wenn die Mutter zurück gebracht worden, schiebt man das dicke Ende des Mutterzapfens in die Mutterscheide hinein, so, daß der Muttermund vom holen Theil gehalten werde, in welchem drey Löcher sind, damit keine Feuchtigkeit in solchem stehen bleibe. Am dünnen Ende, so ausser dem äusseren Muttermund bleibet, sind durch die beeden Löcher zwey Bänder gezogen, an welchen vier andere Bänder angebunden werden, welche von einem der Frauen Leib umgebenden Gürtel herabhangen, und also den Mutterzapfen halten. Wenn die Frau zu Bette gehet, kan sie den Mutterzapfen heraus nehmen, und des Morgens wieder hinein schieben; weil aber der äussere Muttermund manchmalen davon gerieben wird, und daher der Gebrauch desselben beschwerlich ist, so wird die runde mit C bezeichnete Sorte mehr gebraucht. Man macht sie aus Holz, Helfenbein oder Gork, und dieser wird mit Leinwand überzogen, und in Wachs eingetaucht. Man bestreicht den Mutterring mit Pomade, bringet ihn mit dem Rand in die Mutterscheide, und giebt solchem hernach vermittelst eines in sein Loch gebrachten Fingers eine quere Lage innerhalb des inneren Muttermundes. Sie müssen, nachdem der Weg weiter oder enger ist, gröber oder kleiner gemachet werden, damit der Ring, nicht etwann, bey einem ausserordentlichen Drengen herausfalle. S. des I. Th. IV. B. 1. Cap. 7. Abschn. und des III. Th. 24. Samml.

DD Ist eine gedoppelte Vorstellung eines bey Weibspersonen gebräuchlichen Catheters, um den Grad seiner Krümme und seine verschiedenen Theile zu zeigen. Zum gemeinen Gebrauch können sie viel kürzer gemachet werden, um sie bequemer im Sack zu tragen. Wenn aber manchmalen der Kopf oder Körper des Kindes über der Schamgegend, die Blase drucket, so mus der Catheter die hier vorgestellte Länge haben, und bey einigen ausserordentlichen Fällen bin ich gezwungen gewesen, mich eines bey Männern gebräuchlichen Catheters zu bedienen.

S. des I. Th. II. B. 1. Cap. 1. 2. Abschn. des II. Th. 10. Samml. N. 2.



M. Seligmann excud. Norimbergae

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0124-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0125-9

TAB. XXXIX.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae

TABVLA TRIGESIMA NONA.

a Binos monstrat *incuruos Vncos* ad modum laminarum forcipis junctos. Rarius vtrumque adhibere necessum est, nisi eo in casu, quando infans facie prodit ejusque mentum *Os sacrum* spectat, ipsumque caput nulla ratione dimoueri potest, sic vt infans neque pedibus, neque forcipe extrahi queat. Vbi hoc in casu vnus minus sufficit vncus, alter etiam est demittendus, binique juncti *Cranium* perforant, quodsi tunc caput procedit, forcipis loco inseruiunt, ad caput conuertendum educendumque. Commode etiam iisdem caput extrahitur, si in Vtero relictum, vno vnco auferri nequeat. Acuto tamen rarius opus est vnco, si caput in propinquo sit: vtplurimum namque obtusus Tabula XXXVII. depictus adhiberi potest vncus; vel si caput forficis ope fuerit apertum, forcipe educitur. In vsu acuti vnci, acumen ipsius infantem versus est conuertendum, praesertim iis in casibus, vbi digitis eundem dirigere non licet. Puncta ad interius latus alterius laminae conspicienda, vaginam indicant, qua vnci acumen tegitur, donec sufficienter fuerit demissus. Soluitur dein ligatura, manubria ambiens punctisque indicata, educitur vagina, nudumque acumen capiti injicitur, quemadmodum Tabula XXXVI. fuit ostensum.

Si acumen vagina tegitur, loco obtusi vnci inseruire potest.

b Vncum, duodecim pollices longum, a postica parte ostendit.

c Monstrat *Vnci acumen*, vt longitudo latitudoque illius cernatur, longius tamen tenuisque id ipsum esse debet, quam quidem heic repraesentatur.

d Forfex est, qua *Cranium* perforatur, si Peluis nimis sit angusta vel male conformata. Valida, ad minimum nouem pollices longa, atque in medio vtriusque laminae retinaculo instructa sit oportet, sic commodior in aperiendo cranio ipsius est vsus.

Instrumenta haec tum tantum sunt adhibenda, si mulier alia rationi seruare nequeat.

V. Part. I. Lib. III. Cap. 3. Sect. 5. Cap. 5, N. 1. Part. III, Coll. 31, 35.

Die Neun und dreyßigste Tafel.

a Zeiget ein Paar krummer Haacken, welche wie die Zange zusammengefüget sind. Sehr selten hat man beeder nöthig, ausser, wenn das Kind mit dem Gesicht kommet, so, daß das Kinn nach dem heiligen Bein gekehret ist, und wenn man den Kopf unmöglich bewegen kan, um das Kind bey den Füssen, oder mit der Zange heraus zu ziehen. Wenn in diesem Fall ein Haacke nicht hinlänglich ist, so bringt man auch den andern hinein, und wenn sie beede zusammengefüget werden, so machen sie, als Haacken, eine Oeffnung in die Zirnschale, wenn aber der Kopf herumrücket, dienen sie als eine Zange, um den Kopf bequemer bewegen und wenden zu können um ihn heraus zu ziehen. Sie sind auch sehr dienlich um den Kopf heraus zu ziehen, wenn solcher in der Mutter geblieben, und mit einem Blat nicht heraus gebracht werden kan. Wiewohl man des scharfen Haackens nicht leicht nöthig hat, wenn der Kopf da ist, indem der stumpfe Haacke, so in der XXXVII. Tafel vorgestellet worden, insgemein gebrauchet werden kan, oder sich solcher, wenn er vermittelst der Scheere geöffnet worden, mit der Zange herausziehen läßt. Man hat sich wohl in Acht zu nehmen, wenn man den scharfen Haacken gebrauchet, daß man desselben Spize nach dem Kind zu halte, sonderlich in solchen Fällen, wo man mit den Fingern nicht dazu kan, um solchen zu leiten. Die längst der inneren Seite des einen Blates sich zeigende punctirte Linie, stellet eine Scheide vor, wodurch die Spize bedecket wird, bis der Haacke tief genug hinein gebracht worden; sodann löset man das Band so an der Handhebe mit zwey punctirten Linien angezeiget ist, ziehet die Scheide heraus, und setzet die entblößte Spize am Kopf an, wie in der XXXVI. Tafel gezeiget worden.

Wenn die Spize mit der Scheide bedecket ist, kan man sich derselben statt des stumpfen Haackens bedienen.

b Stellet einen Haacken, welcher zwölf Zoll lang ist, von hinten vor.

c Zeiget die Spize von vornen, damit man die Länge und Breite derselben sehen könne, welche etwas schmäler und länger seyn soll, als sie hier vorgestellet worden.

d Ist die Scheere, womit man, wenn das Becken sehr enge, oder unförmlich ist, die Zirnschale durchlöchert. Sie mus recht stark gemachet, und wenigstens neun Zoll lang seyn, auch in der Mitte jedes Blates einen Halter haben, welches vieles dazu beyträgt, daß man mit selbiger eine bessere Oeffnung machen könne.

Die obigen Instrumente sollen nur alleine in den ausserordentlichsten Fällen gebraucht werden, wenn die Frau ohne ihre Beyhülfe unmöglich zu erhalten ist.

S. des I. Theils III. B. 3. C. 5. Absch. 5. Cap. N. 1. des III. Th. 31. und 35. Samml.

Ub 399
2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0131-3



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0132-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0133-4

GVILIELMI SMELLIE, M. D.

TABVLÆ ANATOMICÆ.

ACCEDIT

EARVNDEM EXPLICATIO

CVM BREVI,

DE ARTE OBSTETRICIA, INSTITVTIONE,

AD ILLVSTRANDVM

QVEM

DE EADEM ILLA IN PVBLICVM AVCTOR EDIDIT

TRACTATVM,

…MQVE OBSERVATIONVM COLLECTIONEM.

EX

ANGLICO TRANSTVLIT

…S LEONHARTVS HVTH, M. D.

IN ÆS INCIDIT ET EXCVDIT

…ANNES MICHAEL SEELIGMANN.

…Wilhelm Smellie

Doctors der Arzeneygelahrheit

…Sammlung

…mischer Tafeln

…ebst einer Erklärung derselben

und einem kurzen Begriff

…Hebammenkunst

wodurch

die von ihm herausgegebene Abhandlung der Hebammenkunst

und

seine Sammlungen verschiedener Wahrnehmungen erläutert werden.

Aus dem Englischen übersetzt

von

D. Georg Leonhart Huth.

Und in Kupfer gestochen und verlegt

von

Johann Michael Seeligmann.

Nürnberg, gedruckt bey Joh. Joseph Fleischmann. 1758.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-330175-p0135-5